expſſa ſacroꝝ factũ. Prima cauſa pt eſſe vt ꝑ hoc fideliũ deuotio excitet̃. iuxta illḋ
ſuſceptio mar̃. Qui edũt me adhuc eſurient. ⁊ qui elucidãt me vitam eternã habe/
2. bũt. ¶ Secũda cauſa. vt noſtra vana opatio reprimat̃. noſtra bona
opera dño pro magno reputãdo. cum tñ excellentiſſimi meriti ope/
ra plura a beata virgine facta. imo ab ipſo domino vſqꝫ ad annũ tri
ceſimũ impleta. qḋ ſcriptura quaſi nõ eſtimans p̄terierit ſubticẽdo.
quaſi tacendo dicat nobis ſcriptura Cũ om̃ia bene feceritis q̃ p̄cipio
vobis dicite. ſerui inutiles ſumus. ⁊ nolite tuba ante canere. qꝛ nõ
3. reſpondebit ei vnũ ꝓ mille. ¶ Tercia cã eſt. qꝛ dñs noſter ⁊ dña ſu/
as ſecretas habitudines ꝑ ſe notas noluerũt manifeſtare. iuxta illḋ
Sileat os tuũ. laudet te os alienũ. vnde que in p̄ſentia populoꝝ
vel diſcipuloꝝ fecerũt ſcripta ſunt ad noſtrã edificatõem. vt nos ſi/
militer faciamus. ſcꝫ vt luceat lux noſtra coraꝫ hominibꝫ. ⁊ glorifice
mus patrẽ noſtrũ qui in celis eſt. ea aũt que apoſtolis vel alijs igno
rantibꝫ geſta ſunt tacuerũt. ⁊ hoc ad noſtrã doctrinã. vt neſciat ſini/
ſtra tua quid faciat dextra tua. qꝛ vt dt beatus Gregorius. Studiũ
celeſtis deſiderij a malignis ſpiritibꝫ cuſtodire nõ ſufficit. qui h̄ ab
humanis laudibꝫ nõ abſcondit Vñ depredari deſiderat qui thezau

rum publice in via portat. vñ Bernar. Increpat xp̄i natiuitas ſe lau
dantes ⁊ ſe oſtentare cupiētes. Unde hac de cauſa nocte voluit xp̄s Quare xp̄us
naſci. vbi ſunt qui tam impudēter geſtiūt oſtentare ſemetipſos. De/ nocte voluit
niq̄ȝ tacet xp̄s. nūciat angelus. laudat multitudo celeſtis exercitus. naſci.
Sileat os tuū ⁊ laudet te os alienū. ¶ Quarta cauſa p̄t eſſe ꝙ domi 4
nus certa quedā nos dubitare ꝑmiſit in via. vt mentes noſtras alli/
ciat ad ꝯcupiſcendā ꝑfectam cognitōem in patria. vnde Exodi. xij.
Nō remanebit ex eo quicq̄ȝ vſq̄ȝ mane. qđ aūt reſiduū fuerit igni cō
buretis. Glo. Grego. Quod ex agno remanet igne cōburimus. q̄ȝ A
qđ de myſterio incarnatōnis eius penetrare vel intelligere nō poſſu/
mus poteſtati ſanctiſp̄ūs humiliter reſeruamus. vt nō ſupbe q̄s au/
deat vel ꝯtemnere vel denūciare que nō intelligit. ſȝ igni tradat. id eſt
ſpirituiſancto relinquat. videlicȝ donec om̄ia in futuro q̇libet in quo
cognitus ſit ⁊ cognoſcat. nec tamē interim noſtra deuotio ſine exer/
citatione torpeſcat. ſm̄ illud qđ precedit ibidē. Caput cū pedib9 ⁊ in
teſtinis vorabitis. nec remanebit ex eo q̇cq̄ȝ vſq̄ȝ mane. Glo. Grego. Nota.
Caput agni vorare eſt diuinitatē illius fide ꝑcipere. Pedes vorare
eſt veſtigia humanitatis amādo ⁊ imitando ſequi vel intelligere. in
teſtina. id ē occulta verboꝝ chriſti ⁊ myſtica mādata. que voramus
cū auide ſumimus. in voratōis verbo pigricia noſtra reꝑhendit̃. q̄ȝ
verba eius atq̄ȝ myſteria nec ꝑ nosipos requirimus. ⁊ dicta ab alijs
inuiti audimus. nō remanebit ex eo quicq̄ȝ vſq̄ȝ ad mane. q̄ȝ eius di
cta magna ſunt excutienda ſollicitudine. vt anteq̄ȝ veniat dies reſur
rectōis in nocte p̄ſentis vite om̄ia mādata eius intelligendo penetre
mus. ¶ Quinta cā p̄t eſſe. ſicut beatus Aug9. de beata virgine vnā po
nit regulā. vbicūq̄ȝ agit̃ de peccatis de ea nolit fieri q̄ſtionem. ita ꝓ re 5
gula ⁊ ꝓ ꝑncipio ꝑ ſe noto de ipſa ſupponat̃ in bono. q̇cq̇d boni aliq̄
creatura pura fecit vel recepit de hoc expers eſſe nō liceat dubitari. ſi/
cut Dam̄. ait. a nullo illuſtriū ſupet̃. ¶ Sexta cā eſt. ꝙ ſicut nihil di/
minutū ita nihil ſupfluū in ſacra ſcriptura ponit̃. q̄ȝ vt d̄t phus. qui 6
vnū d̄t quodāmodo plura d̄t. Un̄ dico ꝓ ꝯſtāti relicto ꝙ apl'i ⁊ alij
ſancti receperūt ſacramētū. tales grās ſupfluū erat addere h̄ idē dicē
do de illa q̄ gr̄a plena fuit a natura. q̄ vacua non debuit eē. vñ Bern̄.
Si em̄ nec foliū de arbore nec vn9 de paſſeribꝫ cadit ſup terrā ſine pa
tre celeſti. putē igit̃ de ore euāgeliſte ſupfluū defluere v̄bū p̄ſertim ī ſa
cra hiſtoria nō puto. oīa q̄ppe plena ſunt ſupnis myſterijs ac celeſti
dulcedīe ſingula redūdāt. ſi tū̄ diligētē habeāt īſpectorē q̄ nouerit ſu/
gere mel de petra oleūq̄ȝ de ſaxo duriſſimo. His āt rōibꝫ bīſſima v̄go
ſacroꝝ hūilē ſuſceptōeȝ ⁊ ī ſe h̄re voluit ⁊ tacere. vt dū ſe mag' ī oībꝫ
hūiliaret. ⁊ ip̄aȝ ſui hūilitatē q̄ȝtū in ſe erat oībꝫ modis occultaret. ſic
hūilitate ꝑfecta ita oī gr̄a plena etiā tacēdo tota ſcp̄tura ꝓclamaret

# De confeſſione

Ad obiecta de ſacramẽtis

¶Ad obiecta etiã de ſingulis ſacramentis ꝑ ordinẽ rñdentes cõ-
cedimꝰ eam omniũ ſacramentoꝝ grãs vel in ſeipis vel in eqpollent[i]
ſuſcepiſſe excellenter. Suſcepit ergo baptiſmũ. et ꝑ baptiſmũ cara-

Feſtũ baptiſmi marie nõ agit[ur]

cteris impſſionẽ. virtutũ exercitatõem. meritoꝝ augmẽtatõez. Qua-
re aũt nõ agatur feſtũ eius baptiſmi ſicut purificatõis vna rõ eſſe pt
qꝛ baptiſmꝰ eius celebratus fuit in ſecreto. Oblatio aũt poſt purifi-
catõnem in manifeſto. Alia eſt rõ quare baptiſmi feſtũ nõ celebratur
qꝛ baptiſmus per ſe ⁊ principaliter datus eſt in medicinã peccatorũ
Nec obſtat ꝙ eccleſia baptiſmũ dñi ſolẽnizet. qꝛ ſua baptizatio no-
ſtri baptiſmi fuit cõſecratio. noſtra aũt ad gratiã ⁊ gloriaz regenera-

Uirgo non fuit ficta

tio. Beatiſſima aũt virgo ad baptiſmũ accedens ficta nõ fuit. qꝛ eo
qd̃ habere debuit nõ caruit. ſed abũdauit peccati deſtitutõne ⁊ fidei ꝑ-
fectione. que requirũtur in accedente. Alia de baptiſmo obiecta ſolu-

De ſacramẽto ꝯſecrationis

ta ſunt per ꝑdicta. ¶ Siliter eodẽ modo dicendũ eſt de ſacramento
cõfirmatõnis. in q̃uo recepit alterius caracteris impreſſionẽ. ampli-
orem meritorũ augmentatõem. ꝑfectiorẽ virtutũ exercitatõem ⁊ de-

De ſacr[ament]o alta[ris]

claratõnem. ¶De ſacramento altaris recepit dominice paſſionis re-
memoratõnem. deuotõnis actualis exercitatõnem. cõtra corporalẽ fi-

Penitẽtie

lij abſentiã cõſolatõnem. ¶De ſacramento penitentie recepit gratiaz
in excellenti equipollenti. ꝓ ꝯtritõe innocentie ꝯſeruatõem. ꝓ ꝯfeſ-
ſione gratiarũ actionẽ. ꝓ ſatiſfactiõe ſuperogationem

Tripl[e]x ꝯfeſſio

¶Item triplex eſt cõfeſſio. ſcꝫ accuſatio peccatorũ. recognitio in-
ꝯgruitatis vel ingratitudinis beneficioꝝ. et in cõfeſſio ſufficiẽtie me-
ritorũ. Et hec fuit ꝓprie cõfeſſio beatiſſime virginis qua cõfitebatur
deo ꝙ tantã gratiã ſuſcepit. ꝙ nunq̃ꝫ de cõdigno meruit. vel quã om-
nis creatura mereri potuit. licet ipa de cõgruo meruerit hec ⁊ ſilia cõ-
feſſa fuit beata virgo beato Johãni euãgeliſte ſuo ꝓprio confeſſori.

Johẽs euãge[liſta] ꝯfeſſor marie

Item in extrema vnctõne recepit cõplete victorie ꝑterite ⁊ plene glo-
rie future ſignificatõnem. et loco remiſſionis venialiũ totius dolo-
ris preter miſſionẽ. pro infirmitatis alleuiatõe totius corporis glo-
rificationẽ. ¶Et licet hoc ſacramentũ potuiſſet recipere beata virgo.

Maria nõ eſt ĩuncta.

nõ recepit beata virgo exẽpta per ꝑuilegiũ qd̃ confert dñs his quos
ſine infirmitate ⁊ mortis dolore dignatus fuerit euocare. qui vt vide-
tur nõ tenẽtur ad extremã vnctõem cũ oleo ad infirmos introducto-
pro infirmãtibꝫ inſtitutã. Uidetur tamẽ ſimile eſſe ꝙ beatiſſima vir-
go ꝑ iſto priuilegio ꝓ ſe introducto ꝓpter humilitatẽ abrenũciauer-
it. ſicut ⁊ alia ſua ꝑuilegia dum viueret occultauit. ⁊ ꝙ ſacramentũ
illud pro peccatoribꝫ inſtitutũ humiliter ſuſcepit. vt humilitatẽ per
quam totam vitã tenuerat egreſſura ꝯſummaret. et duꝫ in extremo
vite articulo ad ꝯformitatẽ peccatoꝝ deſcẽderet. dño illam exaltante
choros omnes tranſcenderet angelorum.

¶ In ſacramēto matrimonij triplex habuit bonū beata vgo. Un Triplex bonū
de Aug. Omne nuptiarū bonū impletū eſt in parētibꝰ chriſti. fides
proles. ſacramētum. Prolē cognoſcimus ipſum dn̄m. fidē quia nul
lum adulteriū. ſacramētū qꝛ nullum diuortiū. habuit autem excellē
tius iſtā gratiā beatiſſima virgo. qꝛ cōiugia ſunt ſanctiora pari voto
continentiū Un̄ Aug. Immo vero tanto ſanctiꝰ cōiuges maneba
tis quanto ſanctiora concorditer placida ſeruabatis Solū ſacramē Sacramentū
tū ordinis beatiſſima virgo non recepit. hoc autē ſm exteriorē hoīm ordinis nō re
reputatōem quandā ꝓfert dignitatē. interius aūt ſm veritatem hu- cepit
milem ꝑtinet ad ſeruitutem. Unde ꝑ oppoſitū ſtatui beatiſſime vir-
ginis opponebat᷑ que interius ſummā coram deo habuit dignitatē
exteriꝰ ſummā coram homībꝰ habuit humilitatē Et ita hoc ſacramē
tum nō recepit beata virgo ¶ Primo vt dictū ē ꝓpter ſtatus ſui cō Rō prima
trarietatem ¶ Scd̄o ꝓpter humilē aliaꝝ mulierū conformitatē que 2
ab hoc ſacramento excludunt᷑. videlicet ꝓpter ſexus indignitatē. ma
iorē peccandi fragilitatē. ꝛ ꝓpter eā que ex his ſequit᷑ regiminis in
congruitatem ¶ Tercio ad deſignandū ſtatus ſui eleuationem. oēs 3
eñ eccleſie dignitates ſunt introducte ad ſeruitium in ſalutē fideliū
animaꝝ Unde dn̄s in euangelio. Reges gentiū dominant᷑ eoꝝ vos
aūt non ſic. ſed qui maior eſt veſtrū ꝛc. vnde et oēs paſtores nomi-
nāt᷑. vnde Bern. Non eſt qd̓ blandiat᷑ celſitudo vbi ſollicitudo ma- Bernadus
ior illa diſcrimē intēdit. ꝛ hec amicū ꝓbat Et infra Ad quid omnibꝰ
aſcendendū. non eñ ad dn̄andum opinor. nā ꝛ ꝓpheta cū ſiꝫ leuare
tur audiuit. vt euellas deſtruas et diſperdas diſſipes et edifices et
plantes. qd hoꝝ factū ſonat ruſticani ſudoris magis ſcemate qdam
mō labor ſpūalis expſſus ē Et nos igitur vt multū ſentiamus de no
bis vel vobis ſenſerimꝰ impoſitū miniſteriū dn̄i datū Et infra. diſ-
ce exemplo ꝓphetico preſidere nō tā ad imperandum q̄ȝ ad ſanctificā
dū. qd̓ tp̄s requirit diſce ſacculo tibi opus eſſe nō ſceptro Et ille qui
dem non regnaturꝰ aſcendit ſed extirpaturꝰ. anceſſores tui apl̄i erāt
quia meſſis quidē multa. operarij aūt pauci. paternā aūt tibi vendicā
do hereditatē. nam ſi filius ꝛ heres. vt ꝓbes heredē. euigila ad curā
vt nō torpeas ocio ne etiā tibi dicat᷑ Quid hic ſtas tota die ocioſus
Multominus oportꝫ inueniri delicijs reſolutū aut reſupinū pom
pis. nil tibi horum tabule teſtatoꝝ aſſignāt. Sꝫ ſiquidē tenore iſto
rum contentus ſis. curam potius hereditabis et operā q̄ȝ gloriaꝝ et
diuitias blandiat᷑. cathedra ſpecula eſt inde deniqꝫ ſemper intendis
ſonans tibi epi nomine nō dominiū ſꝫ officium. Sed quid ni loce-
ris in eminenti. vn̄ diuina ꝓſpectes qui ſpeculator ſuper oīa cōſtitu
eris Enūero ꝓfectꝰ iſte ꝓcinctu ꝑditū ociū quādo licet gloriari vbi
ociari nō licꝫ. ocio locꝰ nō ē vbi ſedula viget ſollicitudo oīm eccl'iaꝝ

nūquid dimiſit tibi ſanctus apl's aliquid qđ inquit habeo tibi do/
Quid id vnū ſcio nō eſt auꝝ nō ē argentū cū ipſe dicat. aurū ⁊ argen
tum non ē mihi. Et infra. neqȝ ille tibi dare potuit quod nō habuit
qđ habuit dedit. ſ. ſolicitudines ſup eccl'ias. nūquid dominatū. audi
ipm. nō dñantes inquit in clero ſed forma facti Greg. Ex his ⁊ ſili/
bus patȝ ꝙ dignitates eccleſie introducte ſūt in ſeruitiū ⁊ miniſteriū

*Virgo.*

beatiſſima aūt virgo aſſumpta ē in ſalutis auxiliū ⁊ in regni ꝯſortiū
ipſa eñ ſola miniſtris fugientib⁹ cōpaſſa fuit Unde ⁊ ſola regni con
ſortiū obtinuit q̄ laboris adiutrix fuit. iuxta illud Faciam⁹ ei adiuto

*Concluſio*

riū ſimile ſibi Licet aūt beatiſſima virgo ſacramētū ordinis nō rece/
pit. quicq̄d tamē dignitatis vel gratie in ipſis cōfert de hoc plena fu
it. in ipis aūt cōfert ſeptiformis gratia. hec autē oīpharia gratia ple

*Tria ſūt in ſa/cramento ordinis*

na fuit. ¶ Itē ſunt in ſacramēto ordinis poteſtas ſpūalis. dignitas
miniſterialis et amminiſtratio executionis. Hec aūt tria beatiſſima
virgo habuit in ſe eq̄pollenter ⁊ excellenter. Miniſtri eccleſie habēt
dignitatē bñficialē p caracterē excellentie. beatiſſima aūt virgo habu
it coronā regni triumphantis ⁊ militantis eccleſie. vnde ſumm⁹ mini
ſtroꝝ papa appellat̄. ⁊ ē ſeruoꝝ dei ſeru⁹. hec ē regina ⁊ domina ange
loꝝ. ille ſeru⁹ ſeruoꝝ dei. iſta impatrix toti⁹ mūdi Itē in miniſtris eſt
poteſtas ſpūalis tēporalis a deo vl' ſubdelegata vel vicaria. in ipa ē
plenitudo ptātis celeſtis perpetua ex auctoritate ordīaria Itē in mi
niſtris ē executō ligādi ac ſoluēdi p vſum clauiū. in ipſa eſt legittima
dominādi poteſtas ad ligandū ⁊ ſoluendū p imperiū Et ſic quicq̄d
eſt dignitatis ⁊ gratie in ordinib⁹ etiā cōſtat beate virgini minime de

*Maria habet dignitates oīȝ ordiᵐ ſpūales*

fuiſſe ¶ Sȝ ne videat̄ ꝟtutes ſiue dignitates generales tm̄ habuiſſe
et ſpecialib⁹ caruiſſe dicim⁹ ipam ſinguloꝝ ordinū dignitates ⁊ gra
tias p eq̄pollentiā et cū excellētia poſſediſſe Habuit aūt cū exorciſtis

*Cū exorciſtis.*

demonū expulſionē. vñ. ipa ꝯteret caput tuū. ⁊ Judith Holofernē

*Cū hoſtiarijs*

interfecit. ⁊ heſter vicit aman. Cuȝ hoſtiarijs habuit introductōem
mūdoꝝ ⁊ excluſionem immūdoꝝ Uñ Ezech. Porta hec erit clauſa
pncipi. pnceps egredief p eā q̄ſi diceret. porta hec pncipē ⁊ imitato/
res eius introducet ⁊ indignis erit clauſa ¶ Habet etiā cū accolitis

*Cū accolitis*

illumiatōeȝ. Unde Cāt. Que ē iſta q̄ aſcē. ⁊c. Et illud nūeri Orief

*Lectorib⁹*

ſtella ex iacob Item cum lectorib⁹ omniū ꝓphetaꝝ expoſitiōem ad
litterā in ſeipa Uñ yſa. vij. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium. Et
angelus ad ipam. Ecce cōcipies ⁊c. et doctrix ē diſcipline dei. Habet

*Subdyacōis*

cū ſubdyaconis doctrine aplice oſtenſionē. vñ ſignificat̄ p archam
in aqua fuit manna Deutro. iij. ⁊ virga aaron. i. diuina ſapīa Habet

*Dyaconis*

autē cū dyaconis verbi dñi conſeruationē. alijs ad deſcribēdū narra
tōeȝ. ꝯſilioꝝ dei pfectā impletōeȝ. vñ Mat. Cōſeruabat oīa ꝟba ⁊c.

*Sacerdotib⁹*

Habet cū ſacerdotibus dominici corpis per ſeipſam formatōem

tractatõez.cõicatõem.hoc eſt ꝙ corp⁹ domini mediante eius verbo
et conſenſu de eius carnibꝫ ⁊ ſanguinib⁹ formatũ fuit. ⁊ ipm famili
ariſſime ⁊ diutiſſime tractauit. ⁊ in cibũ ⁊ potũ nobis cõicauit.et ꝑ
hoc nos oĩes ad iugum ſuũ ſuaue ⁊ on⁹ ſuũ leue charitate ligauit
et ab omnibꝫ culpis ⁊ penis non ſolum ſolutos oſtẽdit ⁊ abſoluit
iuxta illud Qui mãducat carnẽ meã ⁊c. Itẽ habet cũ ep̃is clericorum Epiſcopis
ordinatõem.p̄bendaꝝ collatõem.temploꝝ conſecrationem.ſacrarũ
virginũ velatõem. Ordinat eñ ep̃us ſacerdotes ꝑ ſacramenti colla/
tõem.beatiſſima autem virgo ꝑ cõtinentie obligationem.iuxta illud
Mundamini qui fertis vaſa domini Confert etiã ep̃us p̄bẽdas in/ Maria conſe
ſtituendo.beatiſſima autẽ virgo p̄bendas faciẽdo Cõſecrat etiã ep̃us crat ⁊ ep̃s dn̄s
templa corꝑalia dedicãdo.beatiſſima autẽ virgo templa ſp̃ualia ca/
ſtimoniam inſpirando ⁊ illam ſibi ſpecialiter vendicando. Conſe/
crat etiã ep̃us virgines exterius benedicendo.cõſecrat autẽ beatiſſima
virgo virgines interius virtutibꝫ adornando et eas filio ſuo deſpõ
ſando.et nõ tantũ virgines virginitatẽ conſecrando ⁊ opprobrium
ſterilitatis auferẽdo.ſed eas ſibi ſpecial'r in filias adaptauit.et ad ſta
tum digniſſimũ exaltauit.iuxta illud. Incorruptõ facit proximum
deo Habet conuenientiã cum papa beatiſſima virgo.oĩm eccl'iaꝝ ſol Maria cõue
licitudinẽ.ptãtis ſp̃ualis plenitudinẽ.priuilegiatoꝝ actuũ vniuerſa nit cũ papa
litatẽ Eccleſiarũ ſolicitudinẽ.qꝛ papa eſt pater patꝝ.ipa aũt ẽ mater
oĩm chriſtianoꝝ imo oĩm bonoꝝ.iuxta illud. Oĩm bonoꝝ mater eſt
ptãtis plenitudinẽ hꝫ eñ dñs papa ptãtis plenitudinẽ in vita iſta Papa
ſꝫ nõ in celo .nec in purgatorio.nec in inferno.totã autẽ habet beatiſ
ſima virgo poteſtatẽ.in celo .in inferno ⁊ in purgatorio Priuilegia Virgo
toꝝ actuũ vniuerſalitatẽ.vt pꝫ inferi⁹ cũ de preuilegijs eius ingrem⁹
Et nota ꝙ cũ beatiſſima virgo ſacramẽta peccatoribus iuſtitita hu Nota
militer ſuſceperit.non propter hoc ſe mentiẽs peccatricem opere fal
ſum dixit.ſed vltra debitum in bonis ſe peccatoribus in bonis con
formans ſe vere opere eſſe humilem demonſtrans per oĩa verum
dixit Sic manifeſtum eſt ꝙ quicquid eſt dignitatis vel gratie in ſa/ Concluſio
cramentis eccleſie.plenitudini gratie que fuit in beata virgine omni
no nihil deeſſe ſed eam hoc totum vel in gratijs ſacramẽtalibus vel
in earum equipollentibus vel excellentibus hoc totum poſſediſſe

Nr̃ Septimo vtrum ſcꝫ qđ eſt in virtutibus contentũ.in ple De fide
nitudine beate virginis ſit comprehenſum. Et queritur pri/
mo de gratijs fidei vtrum beatiſſima virgo habuit fidez ¶ Et videt̃
ꝙ non. Latera enim ciuitatis ſunt equalia.et vnuſquiſqꝫ quantum
habet fidẽ tantam habet dilectionẽ et ecõra.et hoc ſẽper ẽ vbiqꝫ Sꝫ
beatiſſima v̾go tãtã habuit dilectõez i via quãtã vnq̃ aliq̃ creatura

Ergo et tantã cognitionẽ habuit quantam vnq̃ȝ habuit aliqua crea-
tura. igitur cognitio beate virginis in via fuit excellentior cognitõe
raptus que eſt creature exiſtẽtis in via. ſed cognitio raptus excedit fi-
dem. igitur cognitio beate virginis excellit fidem. et non ſm moduȝ
2 fidei. igitur non habuit fidem ¶ Item ad Corinth. ij. Raptus ẽ vſq̃ȝ
ad tercium celũ Sup hoc dicit gloſa. q paulus vidit in raptu ſicut
qui ſunt in tercia hierarchia. igitur ſimiliter beatiſſima virgo vidit et
excellentius. ſed illi de tercia hierarchia non viderunt p fidem. igitur
3 nec beatiſſima virgo habuit fidem ¶ Item mũdicia cordis ẽ ad vidẽ-
dũ deum diſpoſitõ. iuxta illud Beati mundo corde. igitur vbi ma-
ior mũdicia ibi maior viſio. ſed nulla vnq̃ȝ creatura habuit tantam
mũdiciam quantã illa q̃ puritate nitebat q̃ ſub deo nulla maior ne-
quit intelligi. igitur nũq̃ȝ aliqua creatura habuit tã altam cognitõeȝ
igitur eius cognitio fuit ſupra raptũ. igitur ſupra fidem. Quod em̃
ſuperius eſt ſuperiore ſupius eſt inferiore ¶ Item entis ad nõ ens in-
4 finita ẽ diſtãtia. igiẽ peccator. ⁊ nõ peccatrix habẽt diſtãtiã ĩ infinitũ
ſȝ tãtũ diuiſerunt peccata noſtra inter nos ⁊ deũ. igiẽ vbi pl9 de pctõ
ibi maior diuiſio ⁊ vbi min9 de pctõ ibi minor diuiſio ⁊ maior ꝯiũc-
tio igiẽ vbi nihil oĩno de pctõ ꝓxima eſt ꝯiũctio. ⁊ vbi aliq̃d de pecca-
to ibi non omnimoda cõiũctio Sed nulla pura creatura eſt vel fuit
ſine pctõ in via. iuxta illud Joh. Si dixerim9 q2 peccatũ nõ habem9
⁊c. excepta beata virgine. de qua dicit Aug. Cũ de pctĩs agiẽ nullam
volo de ipſa fieri mentionem. igitur nunq̃ȝ aliqua pura creatura ita
cõiuncta fuit deo ſicut beatiſſima virgo. ſed illa coniunctõ ẽ per cogni-
tionem et dilectionem. igitur nunq̃ȝ aliqua creatura pura habuit t-
altam cognitõem ⁊ dilectõem. igitur ſupra raptũ. igiẽ ſupra fidem
5 ¶ Item tres ſunt actus hierarchie. ſ. purgari illuminari pfici ſm Di-
onyſiũ. ⁊ ſunt illi tres actus adinuicẽ ordinati ita q ad maiorẽ purgã-
tionẽ ſequitur maior illuminatio. et ad maiorẽ illuminatiõem ſe-
quitur maior pfectio. ſed beatiſſima virgo inter puras creaturas pur-
gata fuit in ſummo. igitur eius cognitio fuit ſup omnẽ cognitionẽ
6 omnis creature in via ¶ Item p cognitionem eleuatur anima ad deũ
et in illo motu ẽ natura q̃ eleuaẽ. deus ẽ motor qui eleuat. et vbi ad
qd natura eleuaẽ. gratia aũt eſt diſpoſitio media p quaȝ fit eleuatio
natura aũt eſt in omnib9 equaliter. ad hoc q ſit dei capax p cognitio-
nem et dilectionẽ. ſimiliter deus in ſe eodem modo ſe habet reſpectu
omnium. igitur ſi aliquis magis eleuatur ad cognoſcẽdum q̃ȝ aliter
hoc erit p medium eleuans quod eſt gratia. ſed gratia beate virginis
fuit maior omni gratia pure creature. igitur altius eleuabaẽ ad cog-
noſcendum deum q̃ȝ aliqua creatura. igitur cognitio eius fuit ſupra
raptum. ⁊ ſupra fidem ¶ Item gratia et gloria habent ſe adinuicem

vt ꝓporcionabilitas ꝙ habens maiorẽ gratiã habet maiorẽ gloriam
iuxta illud zacharie. Exequabit gratiã glorie. ſed inter compꝛehenſo/
res nunq̃ꝫ aliqua pura creatura habuit tã altã cognitõem quãtã ha
buit beata virgo in patria. igiẗ inter maiores nũq̃ꝫ habuit aliqua cre
atura pura tam altã cognitõem in via. igiẗ ſupra raptũ ⁊ fidẽ. igitur
cognitio eius fuit ſupra fidem ⁊ raptũ. ¶ Itẽ quicq̃d cõtinet vacuũ 8
hoc ſimpliciter nõ eſt plenũ. qꝛ cõtentũ cõtenti ẽ contẽtũ cõtinentis
igiẗ ſi cõtentũ in ſe poteſt plus recipere. igiẗ ⁊ continens. exemplum
in domo plena dolijs vacuis. igiẗ ſi beatiſſima virgo habuit fidei va
cuitatẽ. habuit in aliquo vacuitatẽ reſpectu gratie. igiẗ nõ fuit gra/
tia plena qđ eſt falſum. ¶ Itẽ ꝙ beatiſſima virgo fuit ſapiẽtioꝛ om̃i 9
creatura ſignaẗ per hoc ꝙ liber qui intitulaẗ de ſapiẽtia de beatiſſima
virgine ſpecialiter exponiẗ. ⁊ que de ſapiẽtia domini dicunẗ quaſi de
ipſa dicanẗ eccleſia interpretaẗ. vt pꝫ in epl'is que de ipa leguntẗ. in
ſapiẽtia aũt nihil eſt de ſtulticia vel ignorãtia. igiẗ beatiſſima virgo
plena fuit ſapientia. ſed in fide nõ eſt plena ſapiẽtia ſed ex pte. iuxta
illud Ex parte cognoſcimus. ex parte ꝓphetiſamus. igiẗ beatiſſima
virgo nõ habuit fidem, ſed plenã cognitionẽ. ¶ Itẽ Gregoriꝰ Qui/ 10
buſdã in hac carne viuentibꝫ ſed tamẽ ineſtimabili virtute creſcenti
bus acumẽ cõtemplationis poteſt claritas dei videri. ſi tamen huic
vite funditus fuerunt mortui. ſed nulla creatura pura huic vite fuit
mortua ſicut beata virgo. igiẗ nulla creatura in hac vita tam purã vi
dit claritatẽ dei ſicut beata virgo. igiẗ eius cognitio fuit ſupra fideꝫ
et raptũ. ¶ Itẽ ꝙ cognitio beatiſſime virginis fuit ſupra fidẽ ⁊ excel/ 11
lentioꝛ cognitionibꝫ alioꝝ videẗ p beatũ Bern̄. qui dt. Quis em̄ ex/
cepta fortaſſis illa que ſola in ſe feliciſſime meruit experiri. intellectu
capere. rõne poſſit diſcernere. qualiter ſplẽdoꝛ ille inacceſſibilis vir/
gineis ſeſe viſceribꝫ infudit. vt illa que inacceſſibilis eſt accedere ad
ſe ferre potuiſſet de portiuncula eiuſdẽ corporis ſui ſe immediate aĩa
cõtemperauit relique maſſe vmbraculũ fecerit. ⁊ ꝓpter hoc forte ma
xime dictũ eſt obumbrabit. qꝛ res nimiꝝ erat in ſacramẽto. ⁊ ꝙ ſola
per ſe trinitas in ſola ⁊ cũ ſola virgine voluit operari. ſoli em̄ datum
eſt noſſe cui ſolum datũ eſt experiri. dicaẗ igiẗ ſpũſſctũs ſupueniet ⁊c.
qui vtiq̃ꝫ potẽtia ſua fecũdauit te. ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit ti/
bi. hoc eſt illo modo quo de ſpũſctõ concipies Sed dei virtus ⁊ ſa
piẽtia xp̄s eſt in ſuo ſacratiſſimo cõſilio obumbrãdo cõteget ⁊ ob/
umbrabit quatenus q̃ natus ſit ⁊ patri notus ſit ⁊ tibi. Ac ſi ange/
lus ſic reſpõdeat virgini. Quid a me queris qđ in teipa experiris ſci
es ſꝫ feliciter ſcies. Sꝫ illo actore quo doctore Ego aũt miſſus ſum
virginalẽ cõceptũ nũciare nõ creare. nõ pt doceri. niſi a donãte nec ad
diſci niſi a ſuſcipiẽte. Ex hac autoritate colligiẗ ꝙ btiſſima virgo de

ſncarnatōe ⁊ de dei filio incarnato habuerit cognitōem que fuerit ſu
pra fidē ꝙ tantū notus eſſet ſibi q̇ notus erat patri. qđ nō pt intelli-
gi de cognitōe fidei ſm quam notus erat ⁊ multis Ex his aūt ɔclu
dit ꝙ cognitio beate ꝟginis fuit ſupra fidē. ⁊ ſupra oēm cognitōem
pure creature exiſtētis in via ¶ De ſpe

Rō prima Nr̄ Octauo de ſpe. vtrū beata ꝟgo habuerit ſpem. Et pt videri
ꝙ nō ꝑ eadē que de fide poſita ſunt argumēta Primo ſi ſpes
eſt certa expectatio future btitudinis ex meritis ⁊ gratia ꝓueniens.
ſequit ſpes ad fidē. ⁊ certitudo ſpei ad fidei cognitōem. ergo ſicut co
gnitio ad cognitōem. ⁊ certitudo ad certitudinē. igit ſi cognitio bea
te ꝟginis fuit ſupra oēm cognitōem vie trāſcendēs fidē. igit certitu
do eius ſupra oēm vie certitudinē ⁊ trāſcendēs ſpem. ¶ Itē certitu
2 do ſpei vel ē fallibilis vel ɔditionalis. ſi em̄ certus q̇s abſolute eſt de
eterna beatitudine falli pt qꝛ cadere pt. ſi aūt ſperat ſub ɔditōe ⁊ ſi ꝑ-
māſerit in charitate ratio ſua ē certitudo ɔditionalis. et ita oīs certi
tudo ſpei ē fallax vel ɔditionalis. Sʒ beate ꝟginis certitudo de eter
na beatitudine fuit abſoluta ⁊ infallibilis. igit maioꝛ om̄i certitudi-
ne ſpei. ergo nō fuit ꝑ modū ſpei. igit nō habuit ſpem. ¶ Itē cui ineſt
3 vnum oppoſitoꝝ alteꝝ ineſſe nō pt. ſʒ timoꝛ ſepatōnis ⁊ ſpes oppo
nūtur. ⁊ beatiſſima ꝟgo nō habuit timorē ſepatōis. ergo nec ſpem.
¶ Itē inter gratiā amiſſibilē ⁊ gloriā inamiſſibilē. medium eſt gra-
4 tia inamiſſibilis. ergo beata virgo que habet ſtatū mediū ⁊ certitudi
nem inter ſtatū glorie ⁊ ſtatū vie. habuit ⁊ certitudinē patrie ⁊ certi
tudinē vie. ſed certitudo ſpei ptinet ſimpliciter ad ſtatū vie. Igit in-
ferioꝛ fuit illa certitudine q̄ fuit in beata ꝟgine. et ita btiſſima virgo
nō habuit ſpem ſʒ maiorē certitudinē ergo ⁊c. ¶ De charitate.

Rō prima Nr̄ Nono de charitate vtꝝ in btiſſima virgine fuerit. Et videt
ꝙ habuit excellentē charitatē oīs pure creature. In luca legi
tur ꝙ premiſſa queſtione de duob debitorib. quoꝝ vnus debebat de
narios quinquaginta. aliꝰ centū. ⁊ nō habentib vnde redderēt do-
nauit vtriſqʒ Et querēte dn̄o quis plus dilexerit. Et reſponderunt.
Eſtimo cui plus donauerit Ex hoc colligit ꝙ ille tenet plus diligere
cui plus donat. Sed beatiſſime ꝟgini ſup oēs creaturas plus ē do-
natū. ergo ſup oēs creaturas plus diligere tenebat. ⁊ q̄ʒtū tenebat
tātū dilexit. g̃ ipm plꝰ q̄ʒ aliq̄ creatura dilexit ⁊ ita videt ꝙ maiorē cha
ritatē habuit angelꝰ ¶ Item gr̄a gratis data ordinat ad gratiā gra
2 tūfacientē. ſed beatiſſima virgo habuit gratiam gratis datam vltra
ɔmunem creaturam in via vel in patria exiſtentem. in hoc ꝙ meru-
it eſſe beatiſſima mater dei. igitur ⁊ gratiam gratum facientem ha-
buit gratia in omnis creature excellentem. ¶ Item charitas eſt
de puro corde et conſcientia bona ⁊ fide non ficta igitur vbi eſt

maioꝛ puritas ibi maioꝛ charitas. ſed beatiſſima virgo habuit puri
tatem in ſummo qua ſub deo maioꝛ nequit intelligi. igitur habebat
charitatem in ſummo cui in creaturis maioꝛ nequit intelligi¶ Item 4
nullus tantum tenetur diligere ſicut pater et mater. ſed inter creatu/
ras ſola beata virgo fuit mater dei. igitur nulla creatura tātū teneba
tur diligere deum. ſed quantū tenebat diligere tantum dilexit. igi tur
btiſſima ꝟgo plus qȝ aliq̄ creatura deū dilexit¶ Itē ego diligētes me 5
diligo. igit plus diligētes plus diligo. igit quecūqȝ deꝰ marie diligit
ille deū maxie diligit Sȝ deꝰ maxie ſup oēȝ creaturā diligit beatā vir
ginē. igitur ipſa ad ipm maiorē ſuper oēm creaturā habuit dilectio
nem. huiꝰ aūt ſignū ꝙ de ipſa cantica canticoꝝ que amoris cōtinent
ꝑfectionem ſpecialiter exponuntur. Et ibi amica et chariſſima per
excellentiam nominatur ¶ Item Gregorius. Exhibitio operis eſt 6
probatio dilectionis. ſed deus nunqȝ alicui creature tantū bn̄ficium
exhibuit in ope. igitur nūqȝ aliquam creaturā tantū dilexit igit ipſa
plus deum qȝ aliqua alia creatura dilexit¶ Item deꝰ dat omnibꝫ ab 7
undanter ⁊ illuminat oēm hominē. non tamē omnes recipiunt eq̄li
ter nec oēs equaliter illuminātur cuius diuerſitatis cauſa duplex eē
videtur. Una ex ꝑte recipientis. quia vnum eſt magis capax ad reci
piendū qȝ alterū. et ꝓpter hoc magis recipit altero. iuxta illud euan
gelij Diuiſit illis bona ſua vnicuiqȝ ſm virtutē Glo. capacitatē. hāc
autem capacitatem opatur humilitas. iuxta illud. humilibus dat
gratiam. igitur vbi maioꝛ humilitas maioꝛ eſt capacitas. Sed in
btiſſima ꝟgine iter oēs creaturas maxia fuit hūilitas. igit maxia ca
pacitas. igit maximā gratiam recipe p̄t. Sȝ q̄ȝtū recipe potuit tm̄
recepit. igitur gratiam in ſummo creature habuit¶ Item ex ꝑte dan 8
tis venit diuerſitas doni. qꝛ cum dans dat ſm rationem. ⁊ ratio re/
ſpiciat finē maius donū dat quod dat ad maiorē finem. vt impera
toꝛ magis dat cui daret donum ad eſſendū militem qȝ ſimplicē ſerui
entem Sed beatiſſime virgini dabatur donū ad eſſendū matrē dei
omnibꝫ alijs dabatur gratia ad eſſendū ſeruos dei. Sicut igitur im
ꝓportinabilr maiꝰ ē eē matrē dei qȝ ſeruū dei. ita ip̄roportionabilr ē
maiꝰ donū qđ ē ad eſſendū matrē dei qȝ qđ ē ad eſſendū ſeruū dei Sȝ
donū in quo oīa alia donant ē charitas. igit btiſſime ꝟginis chari
tas ē imꝓportionabiliter maioꝛ charitate oīs creature. vn̄ Aug. in li.
de gratia ⁊ natura Inde eīn ſcimus ꝙ ei plus gratie ſit collatum ad
vincendum ex omni ꝑte peccatū. ꝙ concipere ⁊ parere ipſum meruit
quē ꝯſtat nullū habere peccatū Et iterū Illa āt virgo ſingulari gr̄a 9
ꝑuēta ē ⁊ repleta vt ipȝ haberet vētrꝭ ſui fructꝰ quē ex īītio habuit vni
uerſitas deū¶ Itē eadē nūero ē charitas quā hȝ btiſſima ꝟgo mō ī pa 10
tria et quā habuit in via in ſubſtantia. ſed quecunqȝ ſūt eadē nūero

ſm ſubam eadē ſunt p ſubam. igiť ſi nunc hʒ charitatē maiorē cha/
ritate oīs angeli. ꝛ tūc habuit ¶ Itē arguiť p effectū. Quicūqʒ effect⁹
ſequiť aliquā formā ſm ſubſtātiā ſi pmanet idē effect⁹ nō augmētať
ſm ſubſtātiā. igiť ꝛ charitas eadē erit ſp ſm ſubſtātiā. ſed facere dig/
nū vita eterna ē effectus q̄ ſequiť formā que ē charitas ſm ſubſtātiā
et ille effectus q̄ extat in via. ꝛ in patria nō augmētať ſm ſubſtātiaʒ.
igiť ꝛ charitas eadē eſt in via ꝛ in patria nō augmētata ſm ſubſtan
tiā. igiť cū btiſſima virgo habuerit charitatē maiorē omni angelo in
12 patria. habuit maiorē oīm angelo in via. ¶ Itē. cū ſublato a beatiſſi
ma virgine omnino fomite ꝛ penalitate. ꝛ tandē corpis aīalitate
habuit maiorē charitatē oīm angelo in via. ſed iſta ablatio nō ē ali/
qua adiectio charitatis qꝫtū ad ſubſtātiā. ſed qꝫtū ad actus eleuatio
nē. extenſionē ꝛ expeditōem. igiť charitas eius fuit maior in ſubſtā/
tia charitate angeli. licet minor fuit qꝫtū ad actū ꝛ hoc ꝓpter condi
13 tionē ꝛ ſtatū ſubiecti in quo erat. ¶ Itē dt Aug⁹. ꝙ hoc preceptum
dilige dominū deū tuū ꝛc. nō pt impleri in via. ꝛ conſtat ꝙ hoc eſt
ꝓpter cōditiones vie que ſunt vnio ad corpus corruptibile penale
et aīale. et viſio p ſpeculū in enigmate. ꝛ conſtat ꝙ his oībꝫ ſublatis
plene adimpleť. ꝛ ita videť ꝙ pfectio charitatis vie in charitatē pa/
trie nō fiat p aliquā adiectōem qꝫtū ad ſubſtātiā. ſed p extēſionem ꝛ
eleuatōem qꝫtū ad actū eadē ſubſtātia pmanēte. igiť btiſſima virgo
habuit maiorē charitatē qꝫtū ad ſubſtātiā omni angelo nunc in pa/
tria. igiť etiam habuit in via ¶ De augmēto charitatis Marie.

Rō prima — VLterius iuxta hꝫ vtrū charitas btiſſime virginis marie in via fuerit
in ſtatu tali ꝙ potuerit augmētari. Et videť ꝙ ſic. ¶ Omne
enī qđ ē citra primū ꝛ ſummū. melioris cōditōis eſt ſi pt augmētari
in bono qꝫ ſi nō pt. ſed cōſtat ꝙ charitas btiſſime virginis fuit citra
2 ſummū bonū ꝛ in bono ſtatu. igiť potuit augmētari. ¶ Item Aug⁹
ad Hiero. Charitas ē virtus qua illud qđ diligēdū eſt diligiť. hec in
alijs maior. hec in alijs minor. in alijs nulla eſt. pleniſſima vero que
Cōtra ꝑmo — iam nō poſſit augeri. que qꝫdiu hic eſt hō inueniť in nemine. qꝫdiu
aūt hic eſt viuēs augeri pt qđ ſi cōcedať. ¶ Cōtra. Charitas btiſſi/
me virginis fuit pfectiſſima ſm ſtatū. ſed pfectius ē qđ eſt in termi/
no qꝫ id qđ ē citra terminū. ſed qđ augmētabile ē citra terminū eſt.
ſed charitas beate virginis fuit in termino ꝛ nō citra terminū. igitur
charitas btē virginis nō eſt augmētabilis ſed in ſummo cōplemēto
2 ſm ſtatū vie ¶ Itē ſicut nec in corporalibꝫ ita nec in ſpūalibꝫ quicqꝫ
eſt vacuū ſm actū. ſed inter charitatē inaugmētabilē patrie. ꝛ chari/
tatē augmētabilē vie. mediū eſt charitas vie inaugmētabilis. igiť cū
extrema extent aut mediū erit aut aliqđ vacuū eſt. illud aūt mediuʒ
btiſſime virgini nō cōgruit q̄ fuit in ſtatu vie ſumma ꝛ ꝓpinquiſſi/

ma ſtatui patrie.ergo habebat charitatẽ inaugmentabilẽ in ſummo
¶ Itẽ inter charitatẽ inaugmentabilẽ q̃ꝫtum ad ſubſtantiã ꝛ q̃ꝫtum 3
ad actũ.ꝛ charitatẽ augmentabilẽ q̃ꝫtum ad ſubſtantiã ꝛ q̃ꝫtum ad
actũ eſt media charitas augmẽtabilis q̃ꝫtum ad actũ. inaugmẽtabi
lis q̃ꝫtum ad ſubam. Quarta em̃ dr̃ntia eſt impoſſibilis.ſcꝫ q̄ ſit au
gmentabilis ſm ſubſtãtiã ꝛ nõ ſm actuꝫ. ſed medio pfectibili debet
media pfectio.ergo cũ beatiſſima virgo habuerit mediũ ſtatũ in via
inter pfectibilia mediã habebit pfectõem.ergo habebit inaugmenta-
bilem charitatẽ ſm ſubſtantiã.ꝛ augmentabilẽ ſm actum.¶ Itẽ om 4
ne creatũ certo termino ꝛ quãtitate eſt menſuratũ. Om̃ia em̃ fecit de
us numero.pondere.ꝛ menſura.ergo nullius creati potentia eſt in in
finitum.ergo augmẽtatio charitatꝫ nõ eſt in infinitũ in via.igit ali-
cubi erit in ſummo ſuo. ſꝫ ſummũ pfectõis pfectibile vie fuit beatiſ-
ſima ṽgo.ğ habuit charitatẽ vie in ſummo De Fruitione

### De Fruitione

Nr̃. Iuxta hoc. Utꝛ beata virgo frueret in via p modũ patrie Prima rõ
¶ Et videt q̄ ſic. Aug⁹. de doctrina chriſtiana Frui eſt amo
re inherere alicui rei ꝓpter ſe.ſed.beatiſſima virgo inherebat ſummo
amori ꝓpter ſe ꝛ inſepabiliter.ğ fruebat¶ Itẽ inter tm̃ ꝯprehenſorẽ 2.
et tm̃ viatorẽ triplex eſt mediũ. ꝯphenſoꝛ ſimpl'r. ꝛ viatoꝛ ſimpl'r ſi-
mul.ſicut dñs ieſus.ꝛ ꝯprehenſoꝛ ſimpliciter ꝛ viatoꝛ ſm q̇d. ſicut
angeli cuſtodijs ꝛ miniſterijs hominũ deputati. ſm q̇d ſunt viato-
res vſqꝫ in diem iudicij. Terciũ mediũ eſt viatoꝛ ſimpl'r. et ꝯprehẽ-
dens ꝛ fruens ſm quid.ergo cũ inueniat aliq̃s ꝯprehenſoꝛ tm̃ vt ho
mines in patria.et aliq̃s viatoꝛ tm̃. vt hoies in via.ꝛ aliquis cõpre-
henſoꝛ ꝛ viatoꝛ ſimul.vt hõ deus.et aliquis ſm quid viatoꝛ et ſim-
pliciter ꝯprehenſoꝛ. vt angeli. Inueniet quarta differẽtia vel aliq̃d
erit vacuũ.et ita erit aliqua pſona viatrix ſimpliciter ꝛ ꝯprehendẽs
et fruens ſm q̇d.ꝛ erit in ſtatu vie ſumma ꝛ ꝓpinquiſſima ſtatui pa
trie.hec aũt eſt beatiſſima virgo.ergo ipſa erit viatrix ſimpl'r ꝛ ꝯpre-
hendens ꝛ fruens ſm quid. Ex his aũt omnibꝫ videt.q̄ beatiſſima
virgo nõ habuit gratiã virtutũ theologicaꝝ ſm modũ vie.ſed pfe-
ctioꝛi mõ ꝛ excellentioꝛi om̃i modo pfectõnis pure creature. Qđ ſi
ꝯcedatur.¶ Contra.qꝛ pfectio addita pfectioni nõ deſtruit ipſaꝫ ſꝫ Contra.
auget.¶ Itẽ ſtatus vie inferioꝛ eſt ſtatui patrie.ergo ſummũ vie in- 2.
ferius erit infimo patrie.¶ Item dñs in Matheo. Qui minoꝛ eſt 3.
in regno celoꝝ maioꝛ eſt Iohãne baptiſta. Glo.dt. Om̃is ſanctus
qui eſt cũ deo maioꝛ eſt eo qui eſt iam in mũdo. ¶ Itẽ ſup illud. Ec- 4
ce mitto angelũ meũ.ꝛ dicit gloſa. Nouiſſimus angelus celi maioꝛ
eſt quouis homine

### ¶ De Charitate.

Nr̃. Poſt hec de charitate beate virginis quã habuit ad proxi-
mũ. Utrũ illam habuerit in ſummo creature. ¶ Et videt

ꝙ non. q2 maiorē charitatē nemo habet. martha em̄ etiaȝ habuit.
¶ Item ipa aiām ſuā nō poſuit ꝑ amicis ſuis. ergo nō habuit chari
Contra tatem maiorē alijs qui aiām ſuā ꝑ amicis ſuis poſuerūt. ¶ Contra
ꝓpter qđ vnūquodqȝ tale ⁊ illud magis. ꝓpter qđ amamus ipſuȝ
magis diligimus. ita dꝫ phus. ſed ꝓximū amamus ꝓpter deū. er-
2. go qui plus amat deū plus amat proximū. ¶ Itē eadē charitas eſt
qua diligitur deus ⁊ ꝓximus. ergo qui hȝ ſummā charitatē ad deuȝ
ſummā hȝ ⁊ ad proximū. ſed beata virgo ſummā charitatē habet ad
deum. igitur ad proximum.

## Q. Veſtio. xix. de virtutibus

Rō pma. cardinalib⁹. Et primo de iuſticia in quo ſtatu eā habue-
rit beata virgo reſpectu viatoꝝ. ¶ Juſticia em̄ ⁊ miſericor
dia opponūtur in effectib⁹. ergo qui hȝ de iuſticia magis minus hȝ
de miſericordia ⁊ ecōuerſo. ſed beatiſſima virgo vtpote mater miſeri
cordie fuit miſericordiſſima. ergo minimū hȝ de iuſticia. Item yſaie.
Opus iuſticie pax ⁊c̄. Item iuſticiā nō facimus in terra. ideo cecide
runt habitatores eius. Itē in ꝓuerbijs Juſtus in ꝑncipio accuſator
eſt ſui. Ex his om̄ib⁹ colligit̄. ꝙ act⁹ iuſticie in via eſt iuſtificare ma-
la ⁊ punire. et vicia caſtigare. que om̄ia nō fuerunt in beata virgine.
ergo nō habuit actū iuſticie in via. igit̄ nec reſpectu maioꝝ. ⁊ ꝑ conſe
Contra quens ſup viatores. ¶ Contra. due ſunt partes iuſticie. ſcȝ declinare
j a malo ⁊ facere bonū. ſed vtrūqȝ iſtoꝝ habuit beata virgo ſup om̄es
puros viatores. ergo iuſticiā habuit ſup viatores. Qꝫ autē beatiſſi-
ma virgo declinatōem a malo habuit excellentius om̄ib⁹ viatorib⁹
patȝ ex hoc ꝙ ſola ipſa viatrix fuit que nunꝙ̄ peccauit. Vn̄ Aug⁹.
Excepta hac virgine de qua ꝓpter honorē dn̄i cū de peccatis agitur
nullā volo habere mentiōem. Sed ſi om̄es ſancti ⁊ ſancte cōuenirēt
et dicerent. quid reſpondemus eis niſi qđ dꝫ ſanctus Johānes. Si
dixerimus ꝙ peccatū nō habemus noſipſos decipimus ⁊ veritas in
nobis nō eſt. Excellit etiā om̄es in operatōne boni. in eo em̄ ꝙ deū ge
nuit qui om̄ia regenerauit tantū effectū protulit boni de ſe ꝙ nullius
pure creature effectus illi in dignitate vel vtilitate poterit coequari.
2 ¶ Itē opera miſericordie que fiūt ex ꝯpaſſione ⁊ releuatiōe miſerie. ⁊
propter hoc dicūtur miſericordie opera. eadē opera iuſticie ad q̄ om
nes tenētur. vt patȝ in diſcuſſione vltima. Eſuriui ⁊ nō dediſtꝫ mihi
man. ⁊c̄. vbi fit diſceptatio ⁊ adiudicatio damnatoꝝ pro hm̄ōi ope
rum obmiſſione. Illa em̄ opera exercuit beata virgo in ſumma ſup
om̄es viatores. operū em̄ miſericordie alterū eſt altero magis bonuȝ
vel qđ fit ex maiori charitate. vel qđ fit magis indigenti. vel qđ ma-
gis digno indigenti. vel qđ fit cū maiori effectu impenſo. vel qđ fit

ex magis neceſſario ⁊ minus ſupfluo. hec oĩa fuerūt in beatiſſima
virgine in ſummo. Charitas ex qua opera miſericordie fecit omnez
creaturā excellit. vt infra patebit. maxime indigēti tribuit. q2 nemo
inter viatores pauperior Jeſu chriſto fuit. digniſſimo paupi tribuit
q2 nemo dignior mendicus ꝗ3 mēdicus deus fuit. Magnū eñ eſſ3
opus miſericordie qđ fieret paupi layco. maius qđ fieret paupi cle
rico. maius qđ fieret religioſo. adhuc maius qđ fieret pauperi epo.
ſed ſummū qđ fieret mendico pape. ergo improportōnabiliter ſum-
mū opus miſericordie fuit qđ fiebat deo mēdico ⁊ pauprimo Ma
ximū etiā effectū miſericordie nobis impendit. q2 nobis miſeris et
captiuis ⁊ mendicis deum filiū ſuū ipſum dedit captiuis in preciu3
famelicis in viaticū. laborantibꝫ in premiū. infirmis in medicamen-
tum. et cū ipſo nobis dedit regnū celoꝝ ⁊ oĩe bonū. qui etiā ꝓpꝛo
filio ſuo nō pepercit. quomō cū illo nobis oĩa nō donauit. ¶ Item
beatiſſima virgo de nullo ſibi ſupfluo ſ3 omino neceſſario opus mi- 3
ſericordie fecit filio ſuo pauperrimo ⁊ peregrino. de ꝓpꝛijs ſuis pu-
riſſimis carnibꝫ ⁊ ſanguinibꝫ tunicā polimitam fecit. in vteri ſui gre-
mio hoſpitauit. de ꝓpꝛio ſuo corpore cibauit ⁊ lactauit ¶ Sic ergo
p3 ꝙ btiſſima vgo iuſticiā ꝗ ad ꝑtes ⁊ effectꝰ ſuos habuit ĩ ſummo
¶ Poſt hoc videndū eſt de ſpēbꝫ iuſticie. ꝗ ſunt latria. dulia. obe- Latria
dientia. qualiter ⁊ he fuerūt in beatiſſima virgine. ¶ Et pmo de latria Rō prima.
Eſt eñ latria ſoli deo debitus ⁊ exhibitus honor. Et intendiť honor Honor inten-
iſte ꝑ tria. Primū eſt dignitas pſone exhibentis reſpectu omniū via diť ꝑ tria.
toꝝ. Secūdū eſt minus debitū exhibitōis Tercium eſt excellentia im Dignitas
penſe ſeruitutis. Dignitas pſone exhibentis reſpectu omniū viatoꝝ
in ſummo fuit in beatiſſima vgine Ipa eñ mater dei. alij oēs ſerui. ⁊
improportionabiľr magis eſt eſſe matrē dei ꝗ3 eſſe ſeruū dei Igiť im-
proportionabiľr maior eſt latria matris dei ꝗ3 ſeruoꝝ dei. ¶ Ite3 mi- 2
nus debitū exhibitōis fuit in beatiſſima virgine reſpectu alioꝝ ſctōꝝ
quāto eñ ꝗs plus eſt inferior tāto maiꝰ teneť ex debito nccitatis ad
ſeruitiū. ſ3 beatiſſima virgo fuit ſupma oīm ſctōꝝ. ergo exhibitio ſer
uitutis eiꝰ fuit ex minimo debito nccitatis. ⁊ ex maximo debito cha-
ritatis. Igiť iterū ꝗ3tū ad hoc fuit opus ⁊ eiꝰ latria in ſummo ¶ Itē 3.
impēſa ſeruitus latrie ꝯſiſtit in tribꝫ. in actu cordis. ꝗ eſt cognitio et
dilectio. in actu oris. ꝗ eſt laus ⁊ oratio. in actu opis. vt genuflexio
et adoratio. imolatio. ⁊ hmōi. Oĩa hec ĩ btiſſima vgine fuerūt ĩ ſum
mo. in vtutibꝫ eñ interioribꝫ oēm creaturā excellit. vt infra patebit. Angeli hñt v-
hñt āt āgeli vtutes iamiſſibiles. ſ3 nō meritorias pmij ſubalis. hñt tutes ⁊ hoies.
et hoies vtutes meritorias. ſ3 amiſſibiles. habuit āt btā virgo vtu-
tes inamiſſibiles cu3 angelis et meritorias cū hominibꝫ. et ita vtriſ-
ꝗ3 excellentius. et ita habuit excellentiſſima3 latriam in actu cordis

4 ¶Itez actus latrie ab ore. vt eſt laus ⁊ oratio excellentiſſime fuit in
beata virgine. oratio em̄ alioꝝ ſanctoꝝ nō innitit̄ alicui iuri ex parte
ſui. ſ3 tm̄ miſericordie ex parte dei. oratio aūt beatiſſime ꝟginis inni
tit̄ gratie dei ⁊ iure naturali ⁊ iuſticie euangelij vel decalogi. q2 filius
nō tenet̄ tm̄ exaudire ſed obedire matri. iuxta illud. Honora patrem
et matrē. Et aplus. Filij obedite parentibꝫ veſtris. qđ ⁊ ipſa videt̄ in
nuere in mō orandi. nō vtens orōne ſimplici ſed inſinuatōe dicens.
vinū nō habent ⁊c. Dicit magiſter Hugo de ſancto victore. q nobi
liſſima ſpēs orōnis eſt inſinuatio. exemplificans in eodē verbo ſcil3

Latria oris fuit in ſummo. vinū nō habent Et ſic latria eius oris fuit in ſummo. tum q2 erat no
biliſſimus modus orandi. tum q2 eius oratio habebat rōne3 iuſſio
nis ⁊ imperij. tum q2 erat impoſſibile eā nō exaudiri. iuxta illud. Pe
te mater mi. neq3 em̄ phas eſt vt auertā faciem meā. iij. Regum. iij.
¶Item que eſt portio tua Heſter ꝓ qua poſtulas re. etia3 ſi petieris
5 dimidiū regni mei impetrabis. ¶Item actus latrie in opere exterio

Act⁹ latrie in opere. ri ꝓncipalis eſt in oblatione. ⁊ excellentior in temploꝝ ꝯſecratōne et
ꝯſtructione Hoc aūt totū fuit in beatiſſima virgine in ſummo que
de corde ⁊ corpore templū ſancto ſpūi ꝯſtruxit. in quo filius dei cor
poraliter habitauit. in quo ſeipam ⁊ in ſeipa ſummā caſtitatē cordis
et corporis deo om̄i ſacrificio acceptabilius obtulit. īmo ipſum filiū
ſuū ⁊ filiū dei nō ꝓut panis ⁊ vinū in corpus ipſius tranſ ferebat̄ et

Maria xp̄m ꝓ nob obtulit. ſub ſpēbꝫ alienis immolat̄. ſed ip̄m quidē eius propria carne ⁊ ſan
guine ſm corpus formatū ſub ipſa ſua ſpecie ꝓpria in qua eū genu
it ſpontaneo eius ꝯſenſu in eius paſſione ꝓ nobis om̄ibꝫ obtulit. ꝑ
quā ſufficientiſſimā ⁊ gratiſſimā hoſtiā ſemel oblatā deum toto ge
neri humano recōciliauit. qui nimirū excellētiſſimus actus latrie in
opere fuit. ¶Et ſic p3 quō beata virgo omnē actū latrie ſm omnē mo
dum habuit in ſummo.

¶De Dulia.

¶Conſequenter videndū eſt de dulia. Eſt aūt dulia honor creatu
re debitus ⁊ exhibitus. Et hec habet duas partes. dulia3 ſimpliciter

Dulia eſt que debet̄ creatur3. ⁊ yꝑduliā que debet̄ excellentibꝫ creaturis. vt beate
virgini ⁊ ſancte cruci. Habuit aūt beata virgo actū yꝑdulie in ſum
mo reſpectu aliaꝝ creaturaꝝ. Improportōabiliter em̄ maius eſt ado
rari q̄3 adorare. ergo improportōnabiliter maius eſt yperdulia ado
rari q̄3 adorare yꝑdulia. ſed om̄es alij ſancti adorant yperdulia bea

Act⁹ dulie intendit̄ tripl'r tam virginē. ergo ipſa om̄es excellit yperdulia. ¶Itē actus dulie ha
buit ſuꝑ om̄es excellenter. act⁹ em̄ dulie intendit̄ ꝑ ea ꝑ que ⁊ actus
latrie intendebat̄. ꝑ dignitatem videl3 ꝑſone exhibentis. ꝑ minus de
bitū exhibitōis. ⁊ ꝑ humilitatē ſeruitutis. Per dignitatem ꝑſone ex
hibentis excellit om̄es. nulla em̄ digna ꝑſona vel creatura potuit ali
am creaturā intantū honorare inquātum digniſſima creaturarum

mater dei Itē cū eſſet digniſſima ꝛ ſuprema creaturaꝝ omniū quam
oēs debent revereri ꝛ honorare. minime debitū fuit vt alias creatu
ras honoraret Item ſeruitus humillima ꝛ indebitiſſima fuit qua in
feriorem ſe honorauit. qꝛ proxima deo ꝑ incorruptōem purificatōez
pollutis matribꝰ ↄſtitutam abſqꝫ legis ꝑcepto obſeruauit. ꝛ filiū cū
oblatōnibꝰ offerens ſacerdotibꝰ legalibꝰ reuerentiam exhibuit. ꝑ qd̄
obedientiā ꝛ humilitatē ↄſummauit. ſicut ſcriptuꝫ eſt. ſine modo. ſic
eīn decet nos ꝛc̄. Glo. ꝑfectam humilitatē. ¶ Et diſtinguit ibi tripli-
cem humilitatē ꝛ obedientiā. Prima que exhibetur inferioribꝰ. ſecū-
da pari. tercia que ſuperiori. Et ꝑma vocaẗ oīs iuſticia. id ē ꝑfecta
iuſticia. quā beatiſſima virgo in ſummo exhibuit qn̄ deo propinqſſi-
ma fuit. et digniſſima inferioribꝰ ꝛ ſibi iure ſubditis. ipa ſuꝑ legem
poſita ſm̄ legem legi ꝛ miniſtris eius obediuit. in quo ſe ſumme in-
clinauit ꝛ humiliauit. ſummū eīn citra deū in ſurſum eſt ſumma in-
corruptio. iuxta illud. Incorruptio faciet ꝓximū deo. ſumme aūt di
ſtans ab incorruptōe deorſum eſt corruptio. poſt corruptōem ſequi
tur pena poſita ꝓ corruptōe. vt eſt mulieꝝ corruptarum purificatio
Summa ergo inclinatio humilitatis fuit qū ſe excellentiſſima in-
corruptōe virgo ſub onus corruptis impoſitū ſpontanee ſe inclina
uit. Et ſic pꝫ qūo in beatiſſima virgine ꝛ dulia ꝛ latria ꝛ obediētia ꝛ
humilitas fuerūt in ſummo

Triplex humilitas

¶ De penitentia

¶ Eſt adhuc virtutis alia ſpēs. que ad iuſticiā p̄t reduci. ſcꝫ. peni
tentia. Qꝫ ſit virtus pꝫ ꝑ gloſam ſuꝑ illud. Penitentiā agite. ꝑma
virtus eſt ꝑ penitentiā veterē hominē perimere ꝛc̄ ¶ Itē virtus peni
tētie timore ↄcipiẗ. Qꝫ aūt penitētia ſit ſpēs iuſticie pꝫ. qꝛ oēs te-
nenẗ veterē hominē perimere ꝛ oēs peccatores penitere. ¶ Qꝫ autez
actus penitentie fuerit excellentius in beatiſſima ꝟgine oībꝰ viato
ribꝰ pꝫ ex hoc ꝙ in oībꝰ alijs actus penitentie reqrit peccatū ineſſe
vel fuiſſe. in beatiſſima aūt virgine fuerūt actus penitentie ſine ꝑſen-
tia vel ꝑceſſione culpe. ¶ Itē cū nulla virtus qꝫtum ad habitū ceſſet
in patria. habitus penitētie erit in patria. ꝛ habitꝰ patrie ꝑfectiores
habent actus qꝫ habitus vie. ergo penitētia erit in patria. ꝛ habebit ꝑ
fectiorē actū qꝫ habeat in via. ille autez eſt deteſtatio peccati ſiue nolle
peccare. ergo cū beatiſſima virgo habeat actū penitētie nō ſm̄ actum
vie habebit ipm̄ ſm̄ actū patrie. Igiẗ habuit actū penitentie excellen
tius alijs creaturis vie.

Penitētia eſt virtus

Pn̄ia eſt ſpēs iuſticie

Actꝰ pn̄ie fuit in Maria.

¶ De prudentia

Nt. Cōſequēter de prudentia. Et ꝑmo vtruꝫ fuit in beatiſſima
virgine ſm̄ ꝙ in alijs viatoribꝰ. ¶ Et videtur ꝙ nō. dt Au
guſtinus. Prudentia eſt amor ea quibꝰ adiuuatur ab alijs qbꝰ im-
pediẗ ſagaciter eligens. ¶ Item Augꝰ. Prudentia eſt in precauēdis
inſidijs. ſed beatiſſima virgo nō impediatur ab aliquo. nec indige-

bat aliqua cautela ꝯtra inſidias. qꝛ decipi nō poterat. ergo nō habu-
it actum prudentie. hoc quoqꝫ modo ſicut eū habēt ꝯmuniter viato
res. ergo ipa nō habuit actū prudentie ꝑ modū vie. ergo ꝑ modum
.3 patrie. ¶ Item prudentia reſpicit cognitōem coꝝ que ptinent ad ac-
tionē ſm ꝙ eſt virtus cardinalis. agenda aūt ſunt q̄dam exteriora ꝛ
corporalia. ꝛ opera quedā interiora ꝛ ſpūalia. et ꝯtinget aliquem eſſe
exercitatū in tēporalib⁹ ꝛ inexpertū in ſpūalib⁹. aliquem econuerſo.
Perfctō p̄ma. Prima ꝑfectio ptinet ad actōem. ſecūda ad ꝯtemplatōez. circa vtrā
qꝫ ꝯtingit errorē eſſe in viatorib⁹ ꝯmuniter. ſed in beatiſſima virgine
fuit perfectio vtriuſqꝫ ſine errore ꝛ poſſibilitate errandi. ergo habuit
actū prudentie excellētius omī viatore

## De fortitudine

Nr. Conſequēter de fortitudine ſm quē ſtatū fuerit in beatiſſi-
Magnanimi ma virgine. Et ꝑ ordinē querit̄ de ſpēb⁹ ſiue de partib⁹ eius
tas p̄ma ſpēs. Et p̄mo de magnanimitate que ſic deſcribit̄. ¶ Magnanimitas ē rō
nalis aggreſſio terribiliū. Qꝫ hec in ſummo fuerit in beatiſſima ꝟgi
ne ſic videt̄. Terribiliſſimū eīm in hac vita eſt dolor mortis. ꝛ quāto
natura nobilior tāto mors doloroſior ꝛ terribilior. ſed ſpūs impro-
portionabiliter nobilior eſt corpe. ergo martyriuz mentis maius eſt
Maria ē mar martyrio corporis. ſed beatiſſima virgo martyr eſt martyrio ſpūali.
tyr mar. ſpūali alij martyres martyrio corpali. ſicut patebit infra de martyrio ꝛ au-
reolis. ergo aggreſſio terribiliū improportōnabilr̄ maior fuit in be
ata virgine qꝫ in alijs. ¶ Secūda eſt magnificentia que ſic deſcribit̄.
Magnificētia Magnificentia eſt rerum bene geſtarū felix ꝯſummatio. Conſum-
matio aūt rerū bene geſtarū ꝑ beatā virginē excellit improportōnabi
liter oīs pure creature ꝯſummatōem. ergo in actu magnificentie ex
cellit omnē viatorē. ¶ Tercia ſpēs eſt fiducia que ſic deſcribit̄. Fidu
Fiducia. cia eſt certa ſpes ꝑducendi ad finez rem que incepta eſt. ſꝫ certitudo
ſpei beatiſſime virginis fuit abſoluta ꝛ infallibilis. omniū alioꝝ vi-
atoꝝ fiducia ꝯditionalis eſt ꝛ fallibilis. ſed infallibile excellit falli-
bile improportōnabilr̄ inq̄ꝫtum tale. ergo fiducia beate ꝟginis excel
Securitas lit fiduciā omniū viatoꝝ. ¶ Quarta eſt ſecuritas. q̄ ſic deſcribit̄. Se
curitas eſt habitus ſm quē ſupuenientes incōmoditates nō formi
dant̄. qn̄ qđ inceptū eſt ad finem ꝑducit̄. ſed ſecuritas beate ꝟginis
fuit oīno ſine timore ſeparatōis. ergo eius ſecuritas excellit ſecurita
Patientia tem oīs viatoris. ¶ Quinta eſt patiētia. que ſic deſcribit̄. Patientia
eſt bonus habitus aīe omēs aduerſitates equanimiter portans. ſed
patientia beatiſſime virginis fuit inuincibilis ꝛ ab omni malo cul-
pe impaſſibilis. omniū alioꝝ viatoꝝ patiētia fuit vincibilis ꝛ a ma
lo culpe paſſibilis. ergo ipſius patientia fuit alioꝝ patientia maior
Conſtantia improportōnabilr̄. ¶ Sexta eſt ꝯſtantia. que ſic deſcribit̄. Cōſtantia
eſt animi ſtabilitas in ꝓpoſito nō vacillans. ſed ſtabilitas beatiſſime

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

virginis fuit imobilis ⁊ oīm alioꝝ mobilis. Ergo eius ꝯſtātia ali-
oꝝ ꝯſtātia improportōnabilr̄ maior fuit ¶De pſeuerantia

¶ Poſt hec querit̄ de pſeuerātia. que duplr̄ dr̄. Uno° ꝓpoſitū ꝑ Perſeuerātia
ſeuerandi in finē. Alio° act⁹ pſeuerādi in finē. volūtas beatiſſime vir dr̄ duplr̄
ginis ad pſeuerādū fuit inflexibil̄. oīm volūtas alioꝝ flexibil̄. Ergo
eius pſeuerātia alioꝝ pſeuerātie eſt īproportōnabilis De tpantia

NR̄. Poſtea de temperantia. que ſic deſcribitur ſm phos. Tem-
perantia eſt illiciti animi impetus firma ⁊ diſcreta domina-
tio. Item Math. Erant qui mādu[c]auerant quaſi quattuor milia
hominū. Glo. Temperantia eſt refrenatio cupiditatis ab his q̄ tē-
poraliter delectant. Sed in hac definitōe definitur tēperantia ſm ac-
tum vie ⁊ nō patrie. ⁊ ſm actus iſtos nō fuit temperātia in beatiſſi-
ma virgine. Ergo nō habuit temperantiā ꝑ modum vie. ſed patrie.
Itē Aug⁹. Temperantia eſt amor incorruptibilis in deo ⁊ integer.
ſed tam amor ⁊ incorruptio ⁊ integritas fuit improportōnabilr̄ ex-
cellentius in beatiſſima virgine q̄3 in aliquo viatore. ergo habuit tē-
perātiā īproportōnabilr̄ ſup oēs viatores ¶De ſpēb⁹ tpantie

¶Sequit̄ de ſpeciebꝰ temperantie. que ſunt caſtitas. modeſtia. et De caſtitate
ſobrietas. Et pmo de caſtitate. Q3 aūt beatiſſima virgo omnē creatu-
ram excellebat in caſtitate ſic probatur. ¶In omnibꝰ viatoribꝰ pu-
ris hominibꝰ caſtitas eſt cū pugna contra fomitē3. ⁊ cū caſu ad mi-
nus in pmū motum venialem. ⁊ cu3 poſſibilitate cadendi etiam in
mortalem. exceptis in vtero ſanctificatis ⁊ apoſtolis ſpūſancto re-
pletis. in beatiſſima aūt virgine fuit caſtitas ſine pugna fomitis. ſi-
ne caſu mortali. ſine poſſibilitate cadendi etiā caſu veniali. ergo ca-
